Melk, um 1470

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36451
Copyright: Melk, Benediktinerstift



& alios tres diuisis pœnis affligi & decollari. Qui dum decollaret. corpora eorū xp̃iam tulerunt. & diligenter sepelierunt. Postea uero iussit maximian' imperator pantaleonem ad se uocari. & dixit. Pantaleon. quid putas quia poteris euadere de manib' meis si nō sacrificauis dijs? Pantaleon dix. Non est necessariū tibi ullum responsum dare sermonē. Maximian' dixit. Magistri tui ermdaueruntur & ypocrites iam consenserunt mi. & sūt nobiles in palacio meo. Pantaleon ū cognouit p spīm sanctū. quia iam coronati erant p̃ passō. & dixit. Iube q̄ ut uideam eos ante te. Imperator dixit. Ad alias ciuitates eos duci causa erat turos. Pantaleon dixit. Bene dicas canis. cum soleas mentiri. Modo ū recte dixisti. sūt enim sancti xp̃i. Tunc iratus imperator. multa tormenta adhibuit. & uincere eum nō potuit. Et iussit eū gladio percuti. cōmonens spiculatores ut decollarent eum. & tanquam ei ignem assumeret. Pantaleon autem ibat gaudens. & psallebat dicens. Sepe expugnauerūt me a iuuentute mea. etenim nō potuerunt ad ultimū animā meā. dominus autem iustus confregit cervices peccatorū. Et duxerunt eū extra ciuitatē ad modū miliarij. & ligauerunt eum in nouella oliua. Et accessit unus de spiculatoribus & percussit eū. Et statim gladius ille tanquam cera cōplicatus est. Videntes autē illi. dicebāt ad inuicē. Cadamus ad pedes eius ut oret p nobis. quia magnus est deus xp̃ianorū. Et cadentes ad pedes eius dicebāt. Rogamus te ora pro nobis ut indulgeat nobis dominus omnia que inscie egimus & nos credimus in xp̃m. Tunc eleuans pantaleon manus suas ad celum dixit. Domine deus comple desiderium meum in loco isto. & hominib' istius da indulgentiā. & dimitte peccata eorum & da eis partem in regno tuo. Et uox de celo fc. Serue bone & fidelis. impleta sūt desideria tua apti sunt tibi celi. expectat te chorus angelorum. Theron' tuus adest. corona tua p̃parata est tibi. Non dicteris pantaleon. sed uocaberis pantheleymon multum misericors. quia multos liberasti. Tu eris portus nauigantium. susceptor tribulantium. medicus egrotantium. demonū persecutor. Hec audiens pantaleon. uocauit homines illos ad se. & dixit eis. Uenite proxime me. quia uenit hora mea. Illi aut timebant. Et dixit eis. Si nō fecerimus. nō habebimus partem mecū. Hec audientes. accesserūt audacter ad eū. & ablatis omnib' membris eius. pausauerunt eum. Et statim apparuit corpus eius sicut nix. & sanguine lac currebat. & arbor illa ubi ligatus erat repleta est fructu. & omnis populi ciuitatis uenerunt concedere corpus ei. & uidentes lac pro sanguine currere. & arborē fructum donantē. dederunt gloriam deo. & multus plus credidit in deū in illa die. Audiens hec maximianus imperator. iussit ut succederet